



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suavis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11642

HISTORIAE CONCILII TRIDENTINI LIBER QVARTVS.

ARGUMENTVM.

NVNTII ad indicendum Concilium per Cor-
sianas Nationes delegati. Que in Germania
Nuntius Vorstius egerit; & que cum
Oratore Cæsareo acceperit responſa Smalcaldi-
a Protestantibus. Obiecta à Duce Mantuan,
ne Concilium ibi cogeretur. Eius prolatio.
Pontificis ſedulitas pro pace inter Coronas. Eiusdem fædus cum Cæſ-
re ac Venetis contra Turcam. Et indicatum Vicentia Concilium.
Profectio Pontificis Nicream Prouinciam, ad duos Reges conciliando;
& Legatorum missio Vicentiam. Cenſure in Anglorum Re-
gem promulgatae. Noua Concilij, petentibus Principibus, dilatio-
& Legatio Cardinalis Aleandri in Germaniam, quā Religionis
discordie rogatu Cæſaris componerentur. Cæſaris adminiftri cum
Protestantibus Oeniponti conueniunt, non sine Sedis Apoſtolice
detrimento. Adhibita à Paulo cura, ne ea Cæſar haberet rata.
Legatio in Hispaniam Farnesi Cardinalis. Cæſaris iter per Gal-
liam ad Gandauenses in obsequium redigendos. Congressus inter
Catholicos & Protestantes à Carolo conſtitutus. Noua Legatio in
Belgium ad Cæſarem Ceruini Cardinalis. Conuentus Hanouia, &
congressus memorati executio VVormatiae hic interruptus, & po-
ea ſolenniter renouatus in Ratiſponensi Conuentu, cui Cæſar &
Comte



1536.

Contarenuis Cardinalis Legatus interfuerat. Huius Conuentus postulatio de Concilio Oecumenico in Germania habendo; & si hoc fieri nequeat, peculiaris Nationis Synodi. Cæsar is cum Pontifice colloquium Lueæ. Eiusdem ad Algerum infortunium. Initia dissidij inter ipsum & Gallie Regem. Auxilia à Pontifice suppeditata fæderi Catholicorum, ac bello in Turcas. Ab eodem proponitur Tridentum celebrando Concilio; & in Spirensibus Comitiis comprobatur. Diplomatis promulgatio.

CAPVT PRIMVM.

Varij Nuntijs destinantur, Concilium variis in Regnis indicturi.

PONTIFEX quæ per Diploma præceperat perfectus, decrevit in Senatu ^a varios Nuntios destinare, qui Concilium in Christianorum Prouincias indicerent. <sup>a 12. Iulij
1536. ut in
Actis Consistorial.</sup> iis Principibus qui erant inuitandi, iisque Præsulibus qui conuocandi. Petro Vorstio ^b Belgæ, Episcopo Aquensi quem suprà laudauit, ea cura demandata apud Romanorum Regem, ceterosque Catholicos, & hæreticos Germania Princes. Missus in Poloniam Pamphilus Straßoldus, ^c qui aliâ tempestate Epidauri creatus Episcopus. Ad Iacobum Scotiæ Regem perrexit Dionylius Laurerius Beneuentanus, Seruorum Ordinis Praeses Generalis, cuius operâ fuerat usus a Clemens in grauibus Panne negotiis transfigendis, vir præclaræ pietatis ac doctrinæ, qui pro virili supremam sui Ordinis dignitatem respuens, meruit postmodum ad Ecclesiæ supremum Ordinem euehi. Lusitaniam adiuit ad hoc ipsum Hieronymus Capiteferreus Ricinitensis, qui poste à splendidiore ad Legationes missus, & ad publicarum rerum administrationem adhibitus, post decem annos Purpuram adeptus est. Pro Cæsare eiusque in Hispania Regnis datum negotium Ioanni Poggio, ibidem Apostolico Quæstori, qui multos post annos in illius Principis gratiam inter Purpuratos est cooptatus. Regi Gallici delegatus Rodulphus Pius, Carpensis, Episcopus Fauentinus, ibidem tuum id temporis Nuntius, cui ^d mox in Senatum Vaticanum adlecto Cæsar Nobilis suffectus est. Præterea id ipsum indictum <sup>e 21. De
cembris anno 1536.</sup>

² Facili negotio mandata perfecere Straßoldus, Capiteferreus, Poggius, & Laurerius. Huic postremo fuerat iniunctum, ut ubi Par-

Rr 2

fios